

DISSERTATIO,

CIRCA DIVERSA GENTIUM BARBARARUM
VITÆ GENERA ET CAUSSAS INGENII
EARUM CULTURAM IMPEDIENTES,
OBSERVATIONES NONNULLAS
GENERALIORES

Exhibens.



QUAM

Venia Ampl. Fac. Philos. Aboëns.

Publicæ Censuræ Subjiciunt

CAROLUS P. LINDAHL,

Philos. Mag.

&

OLAVUS ULLBERG,

Angermannus.


IN AUDITORIO MAJORI D. 12 JUNII 1799.

H. A. M. C.

ABOÆ,

Typis FRENCKELLIANIS.

3.





§. I.

Onnes in universum homines ita esse conditos, ut non solum externa forma, verum præcipue animi dotibus, quibus sunt ornati, a brutis discernantur animantibus, innumerisque iisdem præstent modis; tam evidens est, ut de eo sanus nemo dubitet. Præter corpus enim, ignobiliorum nostri partem communiter habitum, sed re tamen ipsa, sive singularum partium artificiosissimam concinnitatem, sive totius inde emergentis structuram spectemus, etiam illud adeo excellens, ut sua venustate admirationem nostram merito provocet: aliis eisdemque multo nobilioribus animus præfulget facultatibus, quarum imprimis ope atque vi ceteris animantibus homo antecellit, maximamque suam prodit præstantiam. Homini nimirum, qui suis excolendis facultatibus prudentem navavit operam, concessum est, non solum rerum extra se positarum nexum perspicere, & ingenioso res obvias atque tractabiles inter se combinandi modo suis, quæ saepe existunt necessitatibus subvenire; sed etiam veritatem cogitationum scrutari, aliosque earum participes clara atque distincta voce

A

red-

reddere, & eo tandem perfectionis pervenire, ut vota ac desideria sua sine gravi molestiae sensu exsequi possit. Sicut itaque ingenia dextre exculta & praticis præcipue disciplinis enutrita, vel de obtenta sibi in sinu gratulari possunt felicitate, vel saltem huic fiunt proxima; ita iis, quorum facultates, quamvis benignitate ejusdem naturæ parentis æque felices, prorsus incoltae relinquuntur, vilius nihil atque contemptu magis dignum esse, facile quisque perspicit. Ignorantia enim obnubilat intellectum, ex qua tanquam ex secunda matre errorum agmina gignuntur, matre ipsa turpiora. Ad majora se genitos conformatosque esse obliviscuntur; brutorum igitur mori similem degere vitam fatis putant, in diem viventes, & summatim in ignavo otio felicitatem ponentes, a feris animantibus sola facie & erecta forma dignoscendi. Cujusmodi feras omnique ingenii cultura plane destitutas gentes in multis terræ regionibus inveniri, omnis ævi Historia non minus quam itineraria Celebr. Virorum, quorum narrationibus non possumus non fidem habere, abunde testantur. Quamvis enim proprius hominis character sit ratio; tantum tamen abest, ut beneficam hanc ducem omnes sequantur, ut potius svavibus sensuum lenociniis se in transversum agi plerique mortalium patientur. Quam ob causam, ut cultæ politæque gentes, felicitatem, qua fruuntur, non nisi multis prudentia atque consilio nixis consuetudinibus, institutis legibusque debent; ita horridum

ridum & ab ipsa remotum humanitate vitæ genus, quod barbaræ secessantur gentes, superinæ earum ignorantiae est tribuendum. In causas igitur, quibus gentes, quas barbaras appellamus, a cultiori statu removentur, pro virili inquirere, specimen qualemque edituri Academicum, constituimus. Lectoris vero indulgentiam eo enixius expetimus, quod nos difficilem nostrisque, quas exiguae esse ingenue profitemur, viribus superiorum tractandam suscepisse materiam, minime ignoramus.

§. 2.

Ab argumenti vero ratione haud alienum esse existimamus, antequam ad institutum proprius accedimus, quid de humani generis quasi primordiis censendum sit, nonnulla præmittere. In quanta vero aibierint sententiarum divortia, primam generis humani adumbrantes Historiam, defectu quippe monumentorum aliisque difficultatibus ceu velamine obductam, notissimum est. Quamvis vero arbitri partes hac in re nobis sumere non sustineamus; illorum tamen opinioni accedendum esse putamus, qui, homines, quales in antiquissimis populorum monumentis in scenam prodeunt, si non ab initio, tamen per tristes aliquas rerum conversiones tales factos, quamdiu ruditatem priscam generis sui nondum exuissent & ad culturam quandam ingenii majorem progredi potuis-

A 2

fent,

fent, per montium juga & in densis silvarum recessis
bus bestiarum more dispersos, illum ad quem natura
nos finxit, ignorasse habitum, ventrisque sedandi ra-
biem sibi solummodo fuisse curae, perhibent. (a)

Calamitatibus vero haud raro expositi, quibus
homines, societatis praesidio carentes, vexari solent,
& sanæ mentis omni quasi sopita vi, non mirum, si
crude-

(a) "Es kommen in der That alle weltliche Schriftsteller
darinn einstimmig überein, dass ehemals eine Zeit ge-
wesen sey, da der Mensch überhaupt gantz unver-
nunftig und nur ein Kenner des sinnlichen gewesen ist,
neimlich als er in der Welt nach Art der Thiere herum-
schweifte, blos um Lebens Unterhalt zu suchen. Sie
beschreiben uns die ersten Menschen in lauter kleine
Gesellschaften zerstreuet, welche fast ohne bürgerliche
Verfassung, ohne Gottes Dienst, ohne Wissenschaften und
Künste, ohne Begriffe von Recht und Unrecht lebten.
Keine anderer Begriff von den allerältesten Menschen,
von denen man etwas weiss, ist zu folge der weltli-
chen Historie zuverlässig, welche berichtet: es hätten
die Völcher, lange hernach, da sie zahlreicher gewor-
den wären, gelernt, sich in Städte zu versammeln, das
Land zu bauen, an Gott zu denken, nachgewissen Ge-
setzen zu leben, nützliche Künster zu erfinden." KRAFT
Sitten der Wilden p. 26. "Toutes les anciennes tradi-
tions depoient, que les premiers hommes menoient une
vie peu differente de celle des animaux. GOGUET de l'or-
igine des Loix, des Arts, & des Sciences, T. I. p. 7,
Introduct.

crudelia quævis sibi permitterent facinora, eo detestabiliora, quo magis ad mutuam generis cædem spectarent atque ruinam. (b) Hinc explicari posse putamus, cur rudes isti atque inculti homines, non nisi post longam annorum seriem, vel naturæ necessitatibus compulsi, vel vi quadam rerum contingentium, vel casu quodam adacti ex se conservandi studio societas formaverint, fixa, quin & contigua sibi constituentes domicilia. Hasce vero ita ortas societas, alio quippe consilio non initas, quam ut homines conjunctis viribus aliorum in se violentos facilius repremerent impetus, resque ad vitam sustentandam necessarias melius sibi prospicerent, exiguae proribus, & illis, quibus jam auctis societatis membris, fruimur, commodis obtinendis haud pares fuisse, extra omnem dubitationis aleam positum esse videtur. Rebus enim, quibus humanum excolitur ingenium, quæque majorem agendi operandique viribus campanum aperiunt stimulumque addunt, non satis adhuc vivide adsiciuntur homines, silvis inhærentes & more bestiarum passim vagantes. Quam arctus enim inter

A 3

ipsam

(b) "Die erste Absicht der Kriege aller oder doch der meisten wilden Völcher war gänzliche zerstörung des Feindes." MEINERS *Grundriss der Geschichte der Menschheit*, pag. 168. — "Krig og den tabende parts totale ødelegelse er fast et og det samme paa Kusten Guinea." RÖMERS *Efterretning om Kusten Guinea*, p. 3.

ipsam societatis & Scientiarum Artiumque indolem
sit nexus, quantaque gaudeat vi ad ingenia excitan-
da dirigendaque certus regiminis civitatisque habitus,
quisque sibi facile persuadebit. (c)

Hinc certi credimus, ipsam barbararum gentium
vitæ indolem non parum impedire, quo minus de
lætiori Scientiarum Artiumque statu sibi gratulari
humanamque naturam ad veram suæ indolis effigiem
exigere possint, & ex hac rudi barbaraque vita ad
culturam quandam emergere non posse, nisi societa-
tibus illis majoribus initis, quæ civitatum nomine
veniunt.

§. 3.

Præter gentes agriculturam exercentes, easque,
quæ cultiorem politioremque induerunt habitum, ce-
teræ, qua vitæ instituta, in *feras*, quæ piscatoriam
& venatoriam, & *barbaras*, quæ pastoralem degunt
vitam vulgo dispesci solent. (d) Ipso vero vitæ ge-
nere, quod piscaiores amplectuntur atque venatores,
progressibus artium litterarumque, quibus cultior vi-
ta distinguitur, nihil maiores objicere remoras in a-

prico

(c) "Chez tous les peuples, l'état des Arts & des Scien-
"ces a toujours été intimement lié avec la constitution
& l'état actuel du gouvernement, GOGUET p. 6. *Préface*.

(d) MEINERS I. c. p. 84.

prico est. Homini enim saltus atque riparum ambages pervaganti, incertum saepe atque tenuem sibi paraturo victum, quam raro suppetit otium, animi sui excolendi facultates? Quam exiguos ad novas, quae ad statum suum minus pertineant, perquirendas res, sentit stimulos? Profecto postquam latrantem sedavit stomachum, ab omni abhorret labore, donec urgentis necessitatis telum illum rursus excitet ad aliquid vel venatu vel piscaitu requirendum, ne inedia prorsus consumatur. (e) Cibum avide desiderat, qualem sit habiturus, non curat. Difficultates, quas ferus sentit homo, facile removentur: desideria enim sua ultra rudioris naturae primas necessitates non exten-

dun-

(e) "Die wilden haben sehr wenig Bewegungs Grunde zur Handlung, wenn ihr Bauch angefüllt ist: ihre Hütten erfordern wenig fleiss; und ihre Bedeckung von thier hauften noch weniger. Das jagen und Fischeln beschäftigt ihre ganze Thätigkeit. Nach einer grossen Ermüdung bey dem jagen, ist die Ruhe süß, welche der wilde verlängert, weil er keinen Bewegungs grund zur Handlung hat, bis die zeit des jagens wider kommt." HOME *Versuch über die Geschichte des menschen*, T. I. p. 274. "Un Indien ne se laisse jamais accabler de soucis, mais vit toujours dans une parfaite tranquillité. Naturellement indolent, si une substance suffisante est à sa portée, jamais on ne le verra prendre des soins extraordinaires ou s'éloigner beaucoup, quoique par là il put s'en procurer une plus abondante ou plus recher-

duntur. Deliciarum atque opum æque ignarus, nec iis studet; sed arcus, sagittæ atque instrumenta pistoria, ipsi male sanam habitanti casam sufficiunt. (f) Accidere quidem potest, ut nonnullorum animi alacritas, præcipue vero corporis tam agilitas, quam robur, gravibus hisce exercitiis augeantur, aliis in difficulti hac palæstra plane succumbentibus; attamen omni destituti sociali consuetudine, quæ multa alias agendi præberet incitamenta, variaque subministraret negotia, quæ diversam virium culturam variarumque rerum usum postularent; nullos sentiunt animum excolendi stimulos, quibus a fera in cultiorem deducerentur conditionem.

§. 4.

Pastoralem summis quidam extulerunt laudibus vitam, & in Poëtarum quorundam carminibus digna hæc

"chée. Comme il n'a aucune espece d'affaire, il se livre
"entierement à cette indolence, ne faisant autre chose
"que manger, boire, dormir & se promener dans le
"camp ou le village." CARVER *Voyage dans les intérieures parties de l'Amerique Septentrionale*, p. 169.

(f) "In dem Jägerstande sind die menschen ganz mit an-schaffung der speise, kleidung, wohnung und anderer nothwendigen dinge beschäftigt, und haben weder zeit noch lust auf bequemlichkeiten zu denken." HOME Tom. I. p. 106.

hæc celebratur, quæ aureæ ætatis nomine insigniantur. Nec defunt argumenta, quibus robur huic sententiæ conciliare voluerunt, sed dum res ipsa contrarium loquitur, parum hæc ad assensum extorquendum valent. Negari quidem non potest, quin Pastores venatoribus cultura aliquantum præstent; quasdam enim elegantiores artes suos pastoralis vitæ otiosis natales debere, constat: hinc tamen non sequitur, vitam pastoralem culturæ ingenii atque hinc secuturæ bonorum morum esse satis idoneam. Quæ etiam ex Musica atque arte saltandi pro hac re desumi solent argumenta, levia sunt; cum apud omnes cognitas gentes magis minusve cultas, has artes in usu & delectiis fuisse, omnes narrent Historici. (g) Præterea, naturalis instinctus vim hæc magis commonstrant, quam ut pro indicio culturæ, magni & ad politiæ gentis modum æstimandæ, recte habeantur. Et Phantasia eo majori voluptate ad ea fertur, quod, vocibus cantui adaptatis, sensus non minus externi, quam animus simul demulceantur. Sicut qualiscunque gloriæ cupiditas, vel alia quævis caussa homines, artis licet scribendi expertes, ad res majoris momenti po-

B

steris

(g) "Der Tanz und die Musik machen die größten Freuden
"der Wilden, die Zierden aller ihrer Feyerlichkeiten, und
"selbst den Glantz ihrer Gottes dientlichen und Politischen
"Gebrauche aus." ISELIN *Geschichte der menschheit,*
T. I. p. 312.

steris quodammodo tradendas impellit. Poësin igitur apud Nomadicæ vitæ cultores etiam fuisse in infantili statu, preno quasi hinc fluit alveo. Scientias etiam pastoribus non prorsus ignotas, ut non negamus, ita, quid de earum habitu censendum sit, dubitari non debet. Quid? quod Historia fabulosis commentis atque deliriis referta, superstitione proinde & veram raro commendans virtutem morum doctrina, semina corruptionis sint, ex quibus, quamdiu in hocce vitæ genere persistitur, felicem excreturam messem ipsius rei natura sperare prohibet. (h)

§. 5.

Si vero jam allata non satis lucis nostræ afferre videantur sententiæ, mores institutaque vitæ, quibus insistere solent barbaræ gentes, propiori examini subjiciamus, & quorundam Itinerariorum testimonii, quibus multum solet tribui, consultis, in caussas, cur
in

(h) "So weit als die mundliche Ueberlieferung zurückgehet, so haben die Tartaren allezeit Heerden von Hornvieh und Schafen gehabt; und doch bleiben sie gewisser Massen nicht allein Jäger, sondern behalten auch das rauhe und wilde wesen ihres ehemaligen Standes." HOME T. I. p. 64. — "Et de Lapponibus idem dici posse, eorum vitæ ratio & culturæ gradus, in quo jam reperiuntur, docent.

in culturæ studio parum proficiant, inquiramus. Ab ipsa, quam agimus, vivendi ratione & rebus ad illam pertinentibus, quum nostrâ dependeant studia & perfectionis assequendæ stimuli; indeolem vitæ pastoralis eam esse facile liquet, ut ad mores ferarum gentium emolliendos & a rudi illo statu ad cultiorem habitum deducendos, parum conferre posse videatur. Hæc enim vitæ ratio diu in uno loco manere homines non sinit, nec fixas habere sedes, sine quibus ingenii facultates excoli nequeunt; otium raro suppeditat, &, ut istud mutant vitæ genus, vix ulla urget necessitas. Pecora, quibus pascendis unice occupantur, cum illis præbeant quæ ad victum cultumque præcipue sint necessaria; non mirum, si nullis aliarum rerum destineantur curis, quibus ingenia in focordia sepulta, possent excitari, ferocitas mitigari, humanitatisque principia inferri. Quam ob caussam, ut fortiori aggressori bona, quibus gaudent, cedere ipsi coguntur; sic quoque alios, quos se inferiores arbitrantur, suis vi privare commodis, honestum magis quam inhumanum putant. (i) Cum igitur nullus va-

(i) "Sie kannten das Eigenthum des Bodens noch nicht,
"und sie konnten also keine Ungerechtigkeit darinn fin-
"den, andere zu zwingen ihr Land zu verlassen, da es
"ihnen so wenig Mühe machte, dem iibrigen zu entfagen."
ISELIN T. I. p. 297. "Das Recht des stärgkern ist —
"wir wollen es nur gestehen — in dem menschlichen Sy-

Ieat apud eos sensus justi rectique, neque sanctitas nulla
 juris dominii vigeat, sed terras omnes habeant com-
 munes; in rudibus hisce hominibus stimulos illos fru-
 stra quæsiveris, quibus constantiæ, gloriæ, honoris,
 justitiæ ceterarumque virtutum studia excitentur: pau-
 pertatis quoque metu, pastu ac felici pecorum & ar-
 mentorum proventu sensim sublato, inertiae atque in-
 genii socordiæ se totos dant, vigoremque animi tor-
 pescere finunt. Artem ignorantes metallicam (k),
 eorum cum aliis commercia, quæ sola constant mer-
 cium permutatione, valde exigua sunt, ejusque indo-
 lis, ut, qui ex bene instituto latiorique commercio
 fructus colligi solent, ab iis haud percipientur. Ne-
 que quisquam nescit, quantum ad nostræ indolis per-
 fectionem promovendam societates cum aliis bene-
 institutæ faciant atque familiaritates. Barbaras vero
 & ar-

”Item das erste Gesetz; herschte in kleinern Familien
 ”und zwischen Familien so gut, als es noch jetzt zwi-
 ”schen den Völkern den ausspruch that” STEEB über
 den menschen, T. 3, p. 1258.

(k) ”La decouverte des metaux est probablement due au
 ”hasard: mais c'est aux besoins & à l'industrie des peu-
 ”ples, qui se sont adonnés à la culture de la terre, que
 ”nous devons la metallurgie, c'est à dire, l'art de tra-
 ”vailler des metaux, & celui de les faire servir à tous
 ”les differens usages auxquelles ils sont propres.” GO-
 GUET T. I, p. 297.

& artium cultura destitutas gentes, illo plerumque vanæ gloriolæ duci studio, experientia testatur, ut se aliis gentibus præstare patent: nulla proinde cum aliis agentes artium & morum commercia, sed de-spectui eas habentes & odio in eas sæpiissime flagran-tes adeo implacabili, ut bello se invicem iterum ite-rumque aggrediantur & cædes rapinæque increbre-scant, non uno nomine morum culturæ artiumque progresibus inimicæ. (l) Opinioni huic superbæ, quam de se suisque rebus, moribus atque institutis, gentes rudes atque barbaræ plerumque fovent, haud parum tribuendum est, quod culturæ suæ vix un-quam quærant subsidia, nec quibus ad cultiorem ha-bitum sensim deducerentur, curent adminicula. Sua itaque æstimantes, aliorumque populorum, politioris status fama inclarescentium, mores atque instituta contemnentes (m); nihil est, quod illos a fero isto

B 3

atque

(l) "Die beständigen Kriege unter solchen kleinen Natio-nen sind unstreitig die größten Hinternisse ihrer an-bauung. Die Ausbreitung menschlicher Empfindungen, die Erweiterung der Geselligkeit, die Verbesserung des Umgangs, die Mittheilung der Entdeckungen, werden dadurch gehemmet und erschweret; und die zur reifung der Erkenntnisse und der Erfinnungen nöthige Ruhe wird dadurch zerrüttet." ISELIN T. I. p. 282.

(m) "Die Leute von Congo glauben, die Welt sey das Werk der Engel; ausgenommen ihr eigenes Land, welches sic

atque rudi vitae genere, cui adhaerent, avocare, & ad statum, naturae humanae magis convenientem, amplectendum ducere valeat. Hinc inimico plerumque in artes humaniores non minus, quam mechanicas, quae in cultiori hominum statu exercentur, feruntur animo, & his dum indulgent erroribus, ut suae praesertim ignaviæ faventibus, non facile adducuntur, ut suam operam & studium iis dicare velint rebus, ad quas animi quædam contentio vel insolitum laboris genus requiratur. Ad impedimenta, quibus gentium barbararum in cultiori vitae habitu quærendo retardantur atque retinentur progressus, cultus quoque, quem amplectuntur, Religiosi, linguarumque diversitatem referendam esse, eo rectius existimamus, quo certius constat, illam ansam sæpiissime præbuuisse malis, quæ gentibus variis accelerarunt ruinam, & hance haud raro id effecisse, ut nulla officia neque humanitatis jura, exteris, quas Barbaras vocare solebant, se debere putarent. (n)

§. 6.

"für das Werk des Höchsten Baumeisters halten. Die
"Grönländer haben von sich selbst einen sehr hohen Be-
"griff, und in geheim spotten sie über die Europäer, o-
"der *Kablunets*, wie sie Dieselben nennen Sie verachten
"Künste und Wissenschaften, und bilden sich viel ein auf
"ihre Geschicklichkeit die Murschweine zu fangen, wel-
"che sie für die einzige nützliche Kunst halten." HOME
T I. p. 295.

(n) "Der Fremde wurde der Feind des Landes Gottes, da

§. 6.

Quamdiu igitur tanta sint, quæ viribus hominum exercendis objiciantur impedimenta, latiorque adeo præclusus sit campus, occasionem præbiturus suum excolendi ingenium; frustra quoque ab illis exspectantur virtutes, quarum studio ad humanæ naturæ dignitatem rite tuendam, ducerentur. Tanta enim homines, in rudiori statu degentes tenentur inertia ignavia atque otii cupiditate, ut inviti has, quæ in alteram abierunt naturam, deferant consuetudines & ad diversum vitæ tenorem transeant. Ubi vero junctarum virium sensissent utilitatem & ex crescenti hominum multitudine suas necessitates auctas quidem, sed insimul plures eisdem satisfaciendi modos ex culta terra sibi subministrari, prævia experientia didicissent, ad illam quoque colendam, quo major rerum suppeteret copia, quibus vitam sustentarent, necessitas eos adegit.

Illi⁹ igitur artis, quam agriculturam appellamus, naturam & eximiam, qua variis hominum necessitatibus sese commendat, utilitatem attento per-

pen-

„er nicht in seinem Schutze war; er war ein Barbar, und „nur in demjenigen verkehrte man die Recht der Mensch- „heit, welcher die gleichen Götter anbetete, die gleiche „Sprache redete, und die gleichen Gebrauche beobachte- „te. ISELIN T. 2. p. 74.

pendenti animo, persuasum facile erit, eam quasi matrem aliarum fere artium habendam esse, humanumque genus, ex feritatis atque ignorantiae sordibus vix emergere, nobilioremque sibi induere formam unquam potuisse, nisi ea, quacunque ex caussa id factum fuerit, inventa, eamque felici successu exercere didicissent homines. Ex antiqui temporis Historia edocemur, hanc artem divinos prorsus æternosque suis peripisse auctoribus honores: Neque aliter esse potuit, quam ut, tanquam summi mortalium benefactores, summis celebrarentur laudibus, qui promovendis generis nostri commodis atque felicitati eximiam adeo navarunt operam. Exuant necesse est homines, huic arti labores impendere incipientes, priscos suos incultos atque horridos mores. Postquam enim perspererunt incommoda plurima, quibus vita laborat solitaria, facillime tolli vel saltim quadantenus minui posse, si communi quodam vinculo invicem continebentur; in societatis quoque formam qualemcumque coaluerunt, atque frequentiora inter se instituere coepерunt commercia. Ubi enim agris colendis adsuetæ sunt gentes, magis quoque quam antea mutuo indigent auxilio necesse est, & hinc latior variarum artium culturæ aperitur campus & propinquior virium nascitur conjunctio. Ad quam rem promovendam necesitas haud parum confert, qua urgentur fixa sibi eligendi habitacula, primum quidem eum in finem constituta, ut aëris contra injurias se defenderent, deinde

inde vero, artibus feliciori cultis successu, in eam permutata formam, ut commode in illis habitari possit. Sic Architectura vix ac ne vix quidem ad illum perfectionis gradum, quem nostro tempore tenet, evecta fuisset, nisi agricultura, cui ceterae quoque multae artes suam debent originem, eam suppeditasset rerum copiam, eaque adminicula, quibus ad incepta tantae difficultatis perficienda, opus erat. Quam enim difficile, ne dicam impossibile esset, lapides extruere domos & ponere statuas, ac faxo vel metallis figuram insculpere, si alia, quam ex lapide confecta, sola gentibus agriculturam non exerceantibus cognita atque usitata, non haberemus instrumenta! Et quis non videt, quam multas frumenti usus extruderit artes? Neque gentibus prius mos fuit, in agros jus sibi acquirere, certisque eos circumspire limitibus, nisi ubi agricultura obtinuit. (o) Atque ortum sic jus dominii & hereditatis, imperiis quoque praebuit occasionem (p), quorum vi farta tectaque servaretur possessio. Et hinc in sequentibus seculis variæ artes sunt inventæ, non tantum naturæ necessitatibus, sed vitæ quoque politioris commoditatibus inservientes. Gentes quoque, agricolarum vitæ rationem degere inci-

C

pien-

(o) "Non fixus in agris, qui regeret certis finibus, arva 'lapis.' TIBUL, *Eleg.* 3. Lib. I. v. 43.

(p) "Itaque ex agrorum divisione inventa sunt jura." MACROBIUS *Saturnat.* L. 3. Cap. 12: v. 413.

pientes, Religiosumque amplexas cultum, multum de priscis superstitionibus exuisse & saniorem induisse habitum, pluribus comprobatum est historicis documentis. (q)

Jam allata, qua partem saltim, eum exhibent ordinem, easque mutationes, quibus sensim lentisque quasi passibus e barbarie in cultiorem statum gentes peryenerunt: quibus tamen animum advertere minime potuerunt, quamdiu vagam illam, feram atque ruditatem redolentem degerent vitam. Quæ vero de diversis hominum vivendi rationibus præterea dicta sunt, commoda, quæ singulæ afferant, ostendunt, gradusque indicant, quibus ad culturam ulteriorem progredi possint homines: ac nexus sic inter cultiorem vitam & artium atque scientiarum studium constituto, hisce quid debeat illa, significare conati sumus.

(q) Vid. *Dissert. de nexu inter vitam familiarem & opiniones gentium*, Præfid. Prof. Celebr JAC. FREDR NEIKTER, Upsaliæ ed. item *Histoire Philosophique & Politique*, par RAYNAL, T. 2. p. 172.

